



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio

Coloniae Vbiorvm, 1645

CAP. III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10133

dinis ardorem opprimeret. Quoties, amore cujuspian captus, cum redamarer, gelido quodam timore perfusus, ab amore deserebar! quoties, peccandi facultatem nactus, ob hunc eundem timorem, velut lapis, obrigebam, neque eadem utebar! Quo fiebat, ut à multis stolidus ac sine sensu esse dicerer, qui occasiones tam pulchras, mihi in sinum delatas, non opprimerem, à multis etiam rusticus & inurbanus haberer, qui tam egregias aliorum in me voluntates repudiarem atq; contemnerem. Itaque partim lubibrio, parti modio erā. Verum, id mihi secundum magnam misericordiam tuam evenisse confiteor. nisi enim mihi istud tanquam frenum esset injectum, nullum est flagitium tantum, in quo non fuisset pervagata miserabilis anima mea.

C A P. IV.

AD has miserationes tuas accessit aliud beneficium, in primis egregium; quod extrema pueritia, atque adeo ipsa ineunte adolescentia, me invito, te autem cogente, me repugnante, te vim faciente, receptus sum in Sodalitatem B. Mariæ Virginis, matris tuæ. quamobrem & necessitas sæpe confitendi peccata mea, & moderatorum magistrorumque diligentia, quorum oculis, acutius quam vellem, meam vitam observari videbam, efficiebant, ut mihi, non modo communi voluntate virtutis, sed etiam quadam magis necessaria ratione, recte esset honesteque vivendum. Verum, tanta hæc tamque munita præsidia, satis ab externis furibus castitatem meam munierant; sed adversus domesticos prædones non fue-